



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 17. De forium aperiendaru[m] apud veteres Græcos, multis Plauti ac Terentij locis allata lux.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

rioni illi ex altera parte respondeat, & à tribus exorsus breuibus, in longam desinat. huius autem exemplum esse vult, τὰ ἀσέβεια. quod quin corruptum sit, dubitari non potest. legi autem debere arbitror, τὰ ἀσέβεια. Exemplum Antiphontis, quo docet, negligentia quadam interdum orationis dignitatem ac granditatem comparari, ita legendum videtur: Ἡ γὰρ νῆσθ' ἡ ἐργασίαι μὲν οἱ δὴ λη μὲν, καὶ ἀσέβεια μὲν ὅτιν' ἐστὶν, καὶ τραχέια, καὶ τὰ μὲν χεῖρα καὶ ἐργάσιμα μικρὰ αὐτῆς ὄντι, τὰ δ' ἀσέβεια πολλὰ συμπερὶ αὐτῆς ἄσης. Paulò post autem, vbi agit περὶ παραπληρωματικῶν, notatque nonnullos qui eis intempere vtebantur: vbi est, καὶ τὰ νυ, καὶ τὰ πρότερον: lego, καὶ τὰ νυ, καὶ τὰ πτε. Vnum si addidero, cetera in aliud tempus reiiciam. vbi enim eos ipsos, quos modò dixi, comparat cum neptis fabularum actoribus, verba, quibus ea comparatio exponitur, ita in omnibus libris leguntur: Οἱ δ' ἄσες ἔδ' ἐν ἀναπληρωματικῶν, φησὶ, ἢ σωδισμιον, εἰρήσιν τοῖς ὑποκειταῖς, τοῖς τὸ καὶ τὸ ἀσέβεια ἔδ' ἐν ἐπ' ἡ λέγεται. quibus in verbis insit fortassis etiam aliquid aliud vitij: illud quidem certè vix dubium est, quin postrema pars ita legenda sit: εἰρήσιν τοῖς ὑποκειταῖς, τοῖς τὸ αἰ, καὶ τὸ φεῦ ἀσέβεια ἔδ' ἐν ἐπ' ἡ λέγεται. non quin sciam, τὸ καὶ τὸ, Græcis valere, hoc & illud: sed exempla ipsa, quæ ponuntur à Demetrio, faciunt, vt ad eum, quem dixi, modum legi debere suspicer.

*De forium aperiendarum ratione apud veteres Græcos.
multis Plauti ac Terentij locis allata lux.*

CAPVT XVII.

QVÆSITVM est ex me, cur in Plauti ac Terentij fabulis nunquam ferè quisquam egrederetur domo, vt non antea crepuisse fores dicerentur. Respondi, eas fabulas è Græco conuersas esse, idcircoque quarun-

quarundam consuetudinum, quibus olim Græci vti
essent, impressa in eis extare vestigia. Quod autem
Romæ antiquis temporibus M. Valerius Poplicolæ
frater honoris insigne habuisse dicitur, ut fores ædium
ipsius, non introrsum trahendo, sed in viam publicam
pellendo aperirentur, id quondam in Græcia vulga-
tum fuit: omnesque omnium ædium fores eo modo
pandebantur. quænam igitur periculum erat, ne quis-
piam, qui aut præteriret, aut pro foribus staret, ab im-
pulsâ ianua pelleretur: idèd qui exituri erant domo,
solebant prius ipsimet intrinsecus fores ædium sua-
rum percutere: ut illo strepitu admonerentur, qui foris
erant, cauere sibi, atque eatenus abstinere, ut ne læde-
rentur. Hoc à Plutarcho memoriæ proditum est: cu-
ius hæc sunt in Poplicola: *Τὰς ἡ ἐλληνικὰς, de ianuis*
loquitur, *πρότερον ἔτιως ἔχειν ἀπάσας λέγουσιν, διὰ τὴν κωμω-
δίαν λαμβάνοντες. ὅτι κώμῃσι καὶ φοβῶσι τὰς ἐαυτῶν δύρας ἐσω-
θεν, οἱ πορεύεσθαι μέλλοντες, ὅπως ἀδῆσις ἔξω ἤσοιτο τοῖς παρερ-
χομένοις, ἢ παρεσεῶσι, καὶ κατὰ λαμβάνοιτο πορεύεσθαι τὰς
κλεισάσιν εἰς τὸ σενάπῶν.*

*Quod de fama Virgilius dixit, idem Callimachum de
Cerere, Homerum de contentione dixisse.*

CAPVT XVIII.

SVSPICARI fortasse possit quispiam, versum il-
lum, qui de fama apud Virgilium lib. 4. *Æneidos*
legitur,

Ingredivarq̄, solo, & caput inter sidera condit,
è Callimacho versum esse. quamuis Callimachus non
de fama id, sed de Cerere dixerat: sed potuit Latinus
poëta, quod de vna dea Græcus dixisset, ad aliam ac-
commodare. versus quidem certè tantùm non ad
verbum expressus est:

Ἰθματα